



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 6. De honore Sacerdotibus debito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](#)

DE SACERD. DIGNIT. CAP. VI. 32.

Cum conspicis Dominum, ait Chrysostomus,
immolatum, Sacerdotem sacrificio incumbentem ac Insignis D^e
preces effundentem, tum verò turbā circumfusam, Chrysosto-
preioso illo sanguine intingi ac rubefieri, etiamne mi contē-
te inter mortales versari, atque in terra consistere platio,
censes? an non potius è vestigio in calos transfer-
ris? Annon carnis cogitationem omnem abiciens,
quod animo, mente pura circumspicis quæ in calo lib. 3. de
sunt? O miraculum! ô Dei benignitatē qui cum Sacerd.
Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo Sa-
cerdotum manibus pertranslatur. Docet magnus Il-
le Doctor & nos cum illo, tantam sacerdotum
esse potestatem, ut quidquid faciant, miracula-
fint, prodigia, portentaque.

CAPVT VI.

De honore Sacerdotibus debito.

S^ANC^TUS Clemens in Constitutionib. suis A-
postolicis, agens de honore sacerdotibus lib. 7. c. 32.
exhibendo, ait, Honorate Sacerdotes vt Patres, Sacerdotes
& dominos, vt beneficos & beneuinendi auctores. honorandi
Nullus autem maior est honor eo quem debe- vt patres
mus parentibus, qui esse nobis dederunt, qui no- ac domian.
bis imperant, nosq; beneficiis, gratiisq; deuinci-
unt: similē porro exhiberi Sacerdotibus magnus
ille Pontifex vult.

Lex vetus morte damnabat eos, qui sacerdoti
morē gerere, eumq; reuereri detrectarēt: Legis Antiquitus
verba hæc sunt, Qui superbierit, nolens obedire qui sacer-
Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Do- dotes ho-
mino Deo tuo, & decreto Iudicis, morietur homo norare
ille, & auferes malum de Israel, &c. Magna itaq nollentes,
pernicies regno impendet, in quo sacerdotes necaban-
honore non afficiuntur. tar. Deut. 17.

Psal. 104. Quin & ipse Dei filius, vt hunc honorem confirmaret, per Prophetam suum dixit, Nolite tangere Christos meos & in prophetis meis nolite malitangi. Id est, Tali sacerdotes meos honore prosequamini, vt eos ne tangatis quidem, tum manu ad verberandum, tum lingua ad maledicendum aut detrahendum.

Eccles. 4. Presbytero humilia animam tuam, ait sapiens, vt edoceret, post Deum sacerdotes imprimis honorandos, iisque obedientiam proximam toto vitæ tempore præstandam. Nec sufficere genu ac poplitem ante eos flectere, sed & animam humiliandam esse.

Sacerdotes sanctorum instar honorandi. Non satis est eo honore sacerdotes affici, quo homines, sed eo afficiendi sunt, quo sancti. Vnde sapiens, in anima tua time Dominum, & Sacerdotes illius sanctifica, in omni virtute dilige eum qui fecit te, & ministros illius ne derelinquas; da illis partem sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis. Ecce præceptum honorandi sacerdotes immediatè post Deum, quemque honorem donis, muniberibus, oblationibusque testandi.

Sacerdotē offendere est Deum offendere. Quicumque Domini oculos offenderet, magnum haud dubie sacrilegium committeret, magnique se criminis reum constitueret; non minus sanè is crimen admittit, qui sacerdotibus non honorem, sed contumeliam irrogat, eosque violat; dictum enim est, Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei; non ait, Tetigerit pedes meos, brachia, manus, aliudue corporis membrum, sed pupillam oculi, quanihil in homine delicatus aut mollius haberi potest.

Zach. 2. **Luc. 10.** Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit, ait apud Euangelistam Dominus.

minus. Qui verò Deum spernit, peccat mortali-
ter, atheus est, religionis omnis expers, inferna-
lia supplicia promeretur, ac sempiterna tor-
menta; atque hæc omnia de contemptu Sacerdo-
tum etiam dicenda sunt.

Apostolus Gentium Paulus olim accusatus
quod Sacerdotem debito honore non affecisset,
protinus crimen hoc à se propulsavit dicens, Ne-
sciebam, inquit, fratres, quia princeps est Sacerdo-
tum. Quo loco discendum, Sacerdotes etiam
improbos esse honorandos.

Qui benè præsunt presbyteri, duplii honore di-
gni habeantur, maximè qui laborant in verbo & do-
ctrina. Dicere vult, Sacerdotes ut Sacerdotes esse
honorandos; at quando pastores sunt aut Præ-
lati maiori honore afficiendos esse, adeò ut Epi-
scopi duplii honore digni sint, primò quod
Sacerdotes, deinde quod Præfules.

S. Martialis Aquitaniæ Apostolus, Burdiga- cap. 3.
lensibus scribens, honorem Sacerdotum ijs im-
primis commendauit, dicens, Honorabatis, in-
quit, Sacerdotes, qui decipiebant vos sacrificijs suis,
qui mutis & surdis statuis offerebant, que nec vos
nec se iuicare poterant. Nunc autem multo magis
Sacerdotes Dei omnipotentis, qui vobis vitam elar-
giuntur per calicem & verum panem vita. Ae-
quū, inquit, est quod, si gentiles sacrificulos suos
ita honorarint, Sacerdotes Euangelicos etiam
maiori honore afficiamus.

Quin & idolatriæ & veri Dei ignorantes Ethnici
summa semper reuerentia sacerdotes sunt pro- Sacerdotes
secuti, imo eosdem quadammodo adorarunt: honora-
imo ipse rex Pharaon, cùm omnes regni terras runt.
tributo subiecisset, Sacerdotalem ab eodem im- Gen. 47.
munem esse voluit, subiecitq; eam Pharaoni, &

C 5 cun-

cunctos populos eius à nouissimis terminis Aegypti,
vsque ad extremos fines eius, præter terram Sacerdotalem, quæ à rege tradita fuerat eis. Agnoscebat
scilicet Pharaon honorem sacerdotibus debitu-
m, ideoque à tributis alijsque oneribus publi-
cis immunes esse voluit, atque inter ceteros re-
gni subditos singulari eos prærogatiua donauit.

Chrysostomus honores hos & priuilegia ab

Hist. Eccl. in

Gen.

Ethnicis & idololatris in Aegypto Sacerdotibus
concessa considerans, hunc in modum exclamat,
Audiant qui nunc viuunt, quantum olim Sacerdo-
tum idolorum curam habuerint: & discant, vt vel
saltem parem habeant honorem ihs, quibus omne Dei
ministerium creditum. Et sane æquum est, nos,
qui Christiani sumus & dicimur, cùm ethnici &
barbari idolorum suorum sacrificulis tantum
cultum, tantaque priuilegia detulerint, maio-
rem nostris sacerdotibus, qui vero Deo deser-
uiunt, eiusque mysteria dispensant, cultum de-
ferre ac reuerentiam.

Dixit olim s. Marcellus Papa, Boni Principis
est, ac religiosi Regis Ecclesiæ contritas, atque con-
sciassas restaurare, nouas ædificare, & Dei Sacerdo-
tes honorare, atque tueri, monebatque, sanctis A-
Dist. 96. c. Boni Prin-
cipis est honorare
Sacerdotes postolorum constitutionibus insistendo, non
esse exagitandos, excruciantosque qui in vinea
Domini laborarent, multo verò minus fugan-
dos dispensatores & œconomos Regis æterni.

Hinc discant omnes, magni Dei Sacerdotes ve-
nerari, cùm æquum sit, actusque quidem religio-
nis, qui ad Réges & principes spectat. Et quem-
admodum veræ regiæ dignitatis est Sacerdotes
honore prosequi, ita eosdem contemnere, aut
concilcare tyrannidem sapit.

S. Gregorius Papa Imperatori Mauritio scri-
bens

bens his apud eum verbis vsus est, Sacerdotibus non ex terrena potestate Dominus noster citius indi- gnetur; sed excellenti consideratione, propter eum cuius serui sunt, ita dominetur, vt etiam debitam re- uerentiam impendat, &c. eo quod modò in sacris litteris Dij, modò Angeli nuncupentur. Quem i- gitur honorem Sacerdotibus impendere debent inferiores, cùm summi Imperatores ab Ecclesiæ doctoribus eosdē vt honorent, viua demonstra- tione incitentur.

Imperator autem Iustinianus in authenticis tanto honore clericos prosequitur, vt illos re- uerendissimos appellare non dubitet; neque id mirandum est; id enim & S. Gregorius præsttit; nam cum simplici Sacerdote sermonem institu- ens, hoc eum modò compellat, *Nouit sanctitas tua. vti, dum regem alloquimur, dicere consue- uimus, Vesta maiestas.* O Sacerdotes verè hono- rando, cùm Pontifices & Imperatores, suo et- nus. iam contemptu eos honorent & complectantur! *Epist. lib. 2.*

S. Ignatius è primis primigeniæ Ecclesiæ Epist. 52. & piscopis Smyrnensibus scribens, Sacerdotes im- primis illis honorandos præcepit, vt pote qui- bus nihil in hoc orbe aut maius aut dignius, *Smyrnenses.*

Honorate Sacerdotium, secundum Christum, & post honorare oportet etiam regem. *Sacerdotium Regibus enim summa est omnium bonorum qua in hominibus præferen- consistunt.* Audite, iam à mille quingentis annis di.

Sacerdotes regibus prælati sunt; quare quicum- que Christianus Sacerdotes contemnere non veretur, sibi persuadeat, vnicum se Dei Filium, Sacerdotij auctorem, institutoremq; conténere. *S. Marti-*

Quod autem S. Ignatius verbis, S. Martinus nus Impe- reipsa demonstrauit, cum enim ab Imperatore ratori Sa- Maximo ad prandium inuitatus esset, magnaque cerdotem eodem prætulit,

Sacerdotes
in scriptu-
ra Angeli
& Dei ap-
pellantur.

*S. Greg. ad
Maurit.*

*Imp. II. q. 1.
c. ead. Euseb.*

*lib. 2. de vita
Constantia.*

S. August.

Epist. 66.

Sacerdotes
reuerendis-
simos vo-
cat Imp.

Iustinia-

*randos, cùm Pontifices & Imperatores, suo et-
nus.*

Epist. lib. 2.

Epiſt. 52. &

lib. 4. ep. 50.

Epist. ad

Smyrnenses.

Honorate Sacerdotium, secundum Christum,

& post honorare oportet etiam regem. Sacerdotium Regibus

enim summa est omnium bonorum qua in hominibus præferen-

consistunt. Audite, iam à mille quingentis annis di.

Sacerdotes regibus prælati sunt; quare quicum-

que Christianus Sacerdotes contemnere non

veretur, sibi persuadeat, vnicum se Dei Filium,

Sacerdotij auctorem, institutoremq; conténere. S. Marti-

Quod autem S. Ignatius verbis, S. Martinus nus Impe-

reipsa demonstrauit, cum enim ab Imperatore ratori Sa-

Maximo ad prandium inuitatus esset, magnaque cerdotem

eodem prætulit,

*Generis in
vulnib. 1.*

codem Principum ac Magnatum multitudo conuenisset, ad bibendum invitatus, arreptam pateram prius Sacerdoti, quem secum duxerat, quam Imperatori veluti minus digno prohibet. Quod factum Imperator, & omnes adstantes ita admirati sunt, ut hoc ipsum ijs in quo negle. Eti & contempti eidem possent, placuerit. Ita quoque S. Augustinus Sacerdotes regibus preferendos, & Imperatoribus mundi huius anteponendos censebat.

Sacerdotes, inquit Chrysostomus, meritò non modò plus vereri debemus, quam vel principes vel cerd. & hom. reges, verùm etiam maiore honore quam parentes proprios honestare. Si ergo parentum instar & reverb. Isaie. gum honorandi sunt, quam illi pñam quæ super Sacerdotes plicia promerentur qui non pluris quam anima plus hono- malia eosdem faciunt?

rádi quam parentes.
Leuit. 20.
Matth. 15.

Si de parentibus carnalibus ait scriptura Honora Patrem tuum & matrem tuam ut bene tibi sit; quiq; maledixerit patri aut matri, morte moriatur, quanto magis de patribus spiritualibus, infert hinc Clemens, verbis Dei monemur honore & charitate eos prosequi ut beneficos, & ad Deum legatos, qui nos per baptismum regenerarunt, spiritu sancto repelearunt, verbi Dei lacte nos pauperunt doctrina nutriuere, instructionibus erudierunt, peccata remiserunt, sacræque Eucharistiae reddidere participes, & heredes Iesu Christi constituerunt. Validum est hoc argumentum, si enim naturali lege tenemur parentes carnales, à quibus esse recepimus, diligere honoreque afficere, quanto maiori iure patres spirituales honorandi sunt qui nos regenerarunt, & ad baptismum vocarunt.

Gen. 5. ad.

Omnis eos genere honoris afficite, ait s. Augustinus,

nus, si quidem si potestatem vitæ ac mortis à Deo ac- fratreſ erē- ceperunt, in iudicandis ijs qui deliquerunt, & in de obed. ad damnandis ad mortem ignis sempiterni, & in ab- ſacerd. ſoluendo vitaq; donanda ijs qui vitam emendare Sacerdoṭes conſtituunt. Hoc attendite vos, o ſacerdotum vitæ ac contemپtores, ac vobifcum diſpicie, quanta mortis pœ- vefra dementia fit, eos dum diſpiciſtis, qui cla- teſtatem ues cæli & inferorum geſtant, eos inquam à qui- buſ ſalutis & vita deſpendet.

Fertur S. Antonius Abbas ſingulari quodam honore Sacerdoṭes affeſſiſe, caput enim ijs ape- riebat, eorundem benedictionem ſupplex po- ſtulabat, eamque tanti faciebat, vt ſingulari ſe honore crederet affectum, ſi quando eamdem obtinuiſſet: vnde S. Athanasius in vita, B. An- tonius ipſos preſbyteroſ ac Sacerdoṭes in ſumma ve- neratione dicitur habuiffe, ſolitusq; eisdem caput ſubmittere, benedictionem captare, & pro magno beneficio ducere, ſi accepifſet. A ſacerdotibus be- nedici volebat Antonius, vt ita benedici mere- retur à Deo, & vitæ ſuæ integratiſi non confiſſus, aliunde opem ſpiritualem exigebat.

Porro s. Franciſcus magnō ſemper honore ac veneratione Sacerdoṭes eſt proſecutus; vnde dicere ſolitum trādunt, vt magnus Bonauentura in vitæ hiſtoria ſcripto mandauit, ſi cui Sancto- rum ē cælo in terram lapsō, & cum illo ſimul forte ſacerdoti occurriſſet, priuſ ſe ſacerdotiſ manibuſ oſculum daturum, deinde reuerentiam facturum ſancto. Ostendens ita, magis ſe obli- gatum eſſe illi qui Christi occuparet locum, A- poſtolorumque in terra ſucessor erat, quām al- teri, quem iam cum Christo regnare, xternaque ſciret beatitudine perfrui.

Quin & ipſe Dei filius cū carnem indutus Ipſe Christus in hunc

S. Antoni-
us ſacer-
dotalem
benedicti-
oneim mā-
gni facie-
bat.

S. Franciſ-
cus ſace-
dotum hō-
norem an-
gelico
præfere-
bat.

cap. 4.

stus Sacer-
dotes ho-
nore affe-
cit.

Luc. 2.

Christus
ecolaphiza-
tus quod
Sacerdotes
non sit re-
ueritus.

Luc. 18.

in hunc mundum venisset, tantum honorem & venerationem bonis Sacerdotibus exhibuit, vt primus quem à nativitate inuiserit, fuerit summus Sacerdos Simeon, illius vlnas subiens & magni argumentum amoris ei exhibens: qui-que se à Regibus visitari in præsepio colloca-tum & adorari permiserat, vltro Sacerdotes in templo adire & honore afficere voluit. Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum. Cum igitur Dei Verbum, quod cùm ab hominibus, tum ab Angelis adoratur, tantum Sacerdotibus honorem ac cultum deferat, cuius tanta futura est impudentia, hunc ut ordinem contemnat & negligat?

Adhæc in cruenta Passionis tragædia, cùm Christus innocens in domo Annæ Pontificis es-set, & de doctrina interrogatus scitè ad singula responderet; nefarius quidam satelles, inferni pabulum, & sacrilegus quam qui maximè, hoc responso irritatus, sibi que persuadens, non satis honoris ac reuerentiæ Sacerdoti exhibitum es-se, acriter eum corripuit, ac velut in temeritatis supplicium, alapam illi inflxit dicens, *Sic loque-
ris Pontifici.* & nota rem obseruatu dignam, Christus, qui in reliqua passionis serie num-quam verbum asperius dixerat, aut conquestus fuerat, imo ne in maximis quidem cruciatibus ac tormentis; hæc cum percussore expostulauit, seque ab imposito iniuste crimine purgans omni mundo manifestare voluit, tantum abesse Sacerdotem ut contemserit, ut è contra to-to vitæ tempore honore ac veneratione sit pro-secutus; *Si malè locutus sum, testimonium perhibe
de malo; si autem bene, quid me cædis?* Hæc crimi-nis falsò impositi à se depulsio in Christo, quod scili-

DE SACERD. DIGNIT. CAP. VI. 43

scilicet Sacerdotes contemserit, exemplo nobis
sit, Sacerdotes & Episcopos præ omnibus esse
honorandos & colendos. Qui verò hunc eis
honorem denegant, manu quidem hominum
in hac vita, & diuina in altera percuti meren-
tur.

In Actibus Apostolorū Paulus cùm captiuus Excusat se
esset, & coram iudice causam suam ageret, inter Paulus ac-
cetera illi imponebatur, quod impudens & te- cusatus
merarius Prælatis malediceret, summumque quod Sa-
cerdotem debito honore non affecisset. Quod cerdarem
crimen à se diluens, ait, *Nesciebam fratres quia* non sit re-
ueritus.
princeps est Sacerdotum. Apostolus igitur suam
testatus, innocentiam omnibus insinuatum vo-
luit, morisemillies malle, quām debitum sa-
cerdotibus honorem ac venerationem dene-
gare.

Aman Persa tanti faciebat, quod regina Sacerdos
Esther solum illum inter ceteros Principes & semper in-
Magnates vnā cum rege Astuero inuitasset, terest con-
dicebatque sortem suam magnificiens & ex- uiuio regis
tollens, *Regina Esther nullum alium præter me* sui & Dei.
vocauit ad conuiuum cum Rege. Si superbus Eftb. 58
ille verè superbire potuerit, & mundus eum Eftb. 58
honore afficere, quod ad regias esset epulas
inuitatus; maiori profecto iure sortem suam
extollat sacerdos, & subditū eum hono-
rent, cùm quotidie ad conuiuum Principis
& Dei sui in Epulo Eucharistico appel-
letur.

Honorandi igitur sunt sacerdotes, non qui- Honofant-
dem meritorum respectu, sed officij quod ex- di Sacer-
ercent. Vnde Ambrosius, *Non merita nobis ne officij* dotes rati-
personarum consideres, sed officia Sacerdotum. *De ijs quæ* obse- quiscaff.
si autem eorum respicere vis merita, respice, myster.

obsecro Eliam, intuere Petri & Pauli merita. Hi quippe sunt qui hoc nobis ministerium reliquere, quod à Christo acceptum nobis tradidere. Et sanè ut quis Sacerdotem honoret, personarum non sunt merita, sed officij magnitudo spectanda.

Non est
spectanda
vita Sacer-
dotum.

Matth. 23.

Non quales sacerdotes Domini sint, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere præuidendum ait Nicolaus Papa ad Michaëlem Imp. I. 9. i. c. eod. Neue etiam necesse est, vt inter s. Petri vicarios disquiras cuius vita esse queant, sed scias satis est, quam curam reformandæ gerant Ecclesiæ, quomodo vestræ saluti studeant, credoque non minore te eos honore affecturum, quam si scribæ aut Pharisæi essent in Mosis cathedra sedentes; de quibus tamen Dominus ait, *Quæcumque dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera illorum nolite facere.* Ostendit nō esse curiosè sacerdotum defectus disquerendos, sed eos honorandos, quamuis impuram alioquin vitam agant.

Ergo Imperator considera, infert idem Pontifex eodem loco, *Si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysis sedebant: quato potius qui super cathedram Petri resident, esse existimes audiendos.* Validum argumentum; si enim Rex Iudeis honorari scribas & Pharisæos volebat, multo magis Euangelium honore affici vult sacerdotes nostros & Prælatos.

Sacerdotes honorandi sunt, quamuis ignari sint & rudes. Licet enim, ait Papa Innocentius tertius, *scientia sit valde necessaria Sacerdotibus doctrinam;* quia iuxta verbum dominicum, *Iudicium Sacerdotum custodiunt scientiam,* non est tam simplicibus Sacerdotibus etiam scholasticus deus her-

Insignis
ratio-
cina-
tio Nicolai
Papæ quæ
ostendit
honoran-
dos Sacer-
dotes.

Sacerdotes
honorandi
licet insciij.
De heret. c.
Cùm ex in-
iuncto.

Malach. 2.

bendum, cum in eis Sacerdotale officium debeat honori. Vnde in veteri lege prohibuit Deus, *Exod. 22.*
Dys non detrahes: quo loco Sacerdotes haud dubie respexit, qui ob præstantiam ordinum & officij dignitatem dij appellati sunt. Hinc discant Sacerdotum contemptores, ijs honorem deberi, etiam rudibus & ignaris, idque propter diuinum characterem, qui ita eosdem extollit & deprædicat, vt in sacra scriptura dij nominentur.

Depingit in emblematis suis Alciatus asinum, mysteria portantem, & sacra deæ Isidis vœtan- *Egregium* tem; hic cum videret omnes flexo poplite Alciati. supplices sacra venerantes; insolescere coepit, *Emblema.* seque omnium animalium principem cen- *Embl. 7.* sicut; at vt Agaso illius superbiam retunderet, & magnos animos coerceret, auribus eius insusur- rauit: *Non tibi sed religioni tantus hic honos exhibetur, quod deinde & Symboli loco fuit usur- patum.* Indicare emblemate suo Poëta voluit, Sacerdotes & Episcopos, eosque qui mysterijs præsunt, esse obseruandos; non tam sui illorum intuitu & meritorum contemplatione, quam rerum sacrarum qua tractant, Sacramentorum quæ administrant, & Domini cui seruiunt, etiamsi asini & bruto stupidiores essent.

Quin & improbi & scelerati honorandi; vn-
de Cyprianus, Dominus noster Iesus Christus rex *Etiam ma-*
& Index & Deus noster, usque ad passionis diem li hono-
seruauit honorem Pontificibus & Sacerdotibus, Cyprian. lib. 3
quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem ep. 9. dist.
Christi seruassent. Christi igitur exemplo honor 93 c. eod.
Sacerdotibus deferendus, quamvis improbi, ne-
farij, & malæ vitæ sint.

D

Pue-



*Puerum Samuelem, ait Cassianus, iudicio
Col. 2.c.14. praelectum suo, noluit per semetipsum diuini
Deus etiā colloquij disciplina Dominus erudire, sed recur-
malos Sa- rere semel & iterum passus est ad Sacerdotem se-
cerdotes nem, cupiens respectu Sacerdotum, ut is etiam;
honorauit.*

1.Reg. 3.

*qui
g
b
v
p
te
pi
Sa
sta
Ep
sic
Ec
co
fia
pa
los
du
&
rel
ten
tur
sal
der
affe
auf
stren
dere*
*Puerum Samuelem, ait Cassianus, iudicio
praelectum suo, noluit per semetipsum diuini
colloquij disciplina Dominus erudire, sed recur-
rere semel & iterum passus est ad Sacerdotem se-
nem, cupiens respectu Sacerdotum, ut is etiam;
quem verbo suo vocabat, in improbi Sacerdo-
tis schola erudiretur. O arcana iudicia! Deus
ipse vult, ut sancti sui & maximi Prophe-
tarum, quod honore debito Sacerdotium affice-
retur, disciplina & praeceptis instituantur se-
que humilient coram Sacerdotibus etiam sce-
lestis, qualis erat haud dubiè Heli Mosaicæ legis
Pontifex.*

*Per Sacerdotes, inquit Cardinalis Damia-
nus, malos Deus virtutum signa frequenter ex-
hibet, non ob religiosæ vitæ meritum, sed propter
Sacerdotalis mysterij Sacramentum. Quanta igi-
tur mundanorum insipientia! Sacerdotes illi
despiciant, Deus autem eosdem miraculisho-
norat, operibusque prodigiosis eorumdem sta-
tum exornat.*

*Hom. 85. in Si asinum, ait Chrysostomus, fecit loqui
Ioan. & ho- Deus, & per ratem spirituales benedictiones
mil. 4. de largitus est, &c. multo magis propter vos fide-
verb. Isai. les, etiamsi praui sint Sacerdotes, Deus om-
Num. 21. nia per eos perficiet. Optima profectio ratio,
Deus vsus vt eādam euidenter demonstretur, quod, si
est bestijs Deus animalia bruta selegerit, & pseudopro-
& pseudo- pheticis vsus fuerit, vt populo suo benediceret,
prophetis maiori Sacerdotes sit honore affecturus, eosque
vt daret ad animarum gubernacula suscipienda, et
benedicti- iamsi asinis & brutis stupidiiores forent, adhi-
ones. biturus.*

*Episcopi Ipsis etiam Episcopis incumbit debito Sacer-
Sacerdotes dotes honore prosequi, ad quod etiam S. Hiero-
honorent. rony*

DE SACERD. DIGNIT. CAP. VI. 52

ronymus eosdem adhortatur, aitque in Epistolis, Episcopos agnoscere debere, esse se Sacerdotes & non Dominos, clericosque honore prosequi debere ut clericos, ut eos clerici etiam tanquam Episcopos habeant, recordari quæ apophthegmatis oratoris Domilij, Cure-
gote habeam ut principem, cum tu me non ha- Hier. Ep. 2.
beas ut senatorem. Notate hoc Episcopi, ad Nepot. 95
vosque qui tanti magnos facitis, aliosque tam dist. c. Ep. 20
parui; tam enim vobis honorandi Sacerdo- subiectum.
tes, quam Sacerdotibus Episcopi.

Prohibet Concilium Carthaginense Episco- Episcopo
pi, ne quoquomodo sedeant, statibus alijs sedente
Sacerdotibus, Episcopus in quolibet loco sedens nefas stare
stare presbyterum non patiatur. Vult quidem, Sacerdotem.
Episcopum in Ecclesia loco eminentiori con- conc. Carib.
fidere, veluti superiorem & caput; sed extra 4.c. 34.
Ecclesiam & in domo, agnoscere Sacerdotes ut dist. 95.c.
collegas & socios.

Concilium porro Bracarense vetat Eccle- Bernad. de
siasticos acriter ab Episcopis argui & incre- consid. l. 4.
pari, prohibetque ne Episcopi nimium in il- ad fin.
los seueri sint, ostenditque difficulter admo- Episcopi
dum membra corporis, quamvis alioqui putrida Sacerdotes
& corrupta, & nonnisi magno cum dolore à benigno
reliqua compage abscidi: quin & longo ante tractare
tempore quam rescindantur, varia ijs applican- debent.
tur malagmata & medicamenta, cumque nulla Concil. Brac.
salutis omnino spes affulget, tum demum pru- dist. 45.c.
dens medicus eadem abscindi iubet. Sic Episcopi cum beatus.
affactus boni est, ut optet sanare infirmos, serpentia Ambros. de
auferre vulnera, adurere aliqua, non abscindere: po- offi. c. l. 2.c.
stremo quod sanari non potest cum dolore abscin- 27. Clem.
dere. Quibus omnibus demonstratur quis const. Apoll.
lib. 2.c. 21.

LIBER PRIMVS

52
Sacerdotibus sit honor debitus, & etiam Ecclesie Sacerdotes esse venerandos.

Vnde & Concilium Tridentum, Episcopi se pastores, non percussores, esse meminerint, atque ita praeesse subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos tamquam filios & fratres diligant. Decer-

Sess. 13. c. 1.

de reformat.

Episcopi

patrum in-

star impe-

rent, & Sa-

cerdotes vt

fratres ha-

beant.

Laodic. c. 20

Nicen. c. 18.

Tolet. 10. c.

In Tribus Coacilijs decretum est, ne Dia-

coram presbytero sedeant, nisi forte iussi sunt,

Non oportet diaconum coram presbytero sedere, sed

iussione presbyteri sedeat. Quod præceptum qui

seruarit, modestum se ostendit, qui vero præter-

gressus fuerit, impudentem.

Concilio Matisconensi & Oecumenico osta-

non sede-

uo Constantinopolitano statutum est, vt si quis

sæcularis in via, in Sacerdotem aut alium quem

ant coram dam, in Ecclesiastica dignitate constitutum in-

Sacerdote. cidat, summa animi demissione eumdem salu-

Matis. 2. c. 15 tet, reuerentiamque exhibeat; & si forte Sa-

constantin. cerdos pedes iter conficiat, ipse vero equo ve-

ca. 14. hatur, Concilijs cautum est, ipse vt equo de-

Sæcularis scendat, Sacerdoti honorem exhibeat, illip-

Sacerdoti offerre quidquid Christiana caritas exigit; quo-

occurrens qui facere neglexerit, sacris ei ex voluntate

Episcopi interdicatur, Statuimus, vt si quis quem

libet clericorum honoratorum in itinere obuiam be-

Homil. 17. in buerit, vsque ad inferiorem gradum honoris ven-

Mattib. ranter illi colla subdat. Insigne statutum, sed en-

ium sacerdotij respectu.

Sacerdotes, ait Chrysostomus, Christi vicini-

sunt; & qui honorat Sacerdotem Christi, honori-

Chri-

Christum: & qui iniuriat Sacerdotem Christi,
iniuriat Christum, cuius est vicarius & sacerdos. Qui facit in-
Ecquæ sententia! Sacerdotium porrò honorare iuriam Sa-
est diuinitatem honorare, eidem verò contu- cerdoti, facit
meliam irrogare, Christo irrogare est. Christo.

Non aliunde, ait Cyprianus, hæreses oborta-
sunt aut *ata schismata*, quām inde quōd Sacerdo-
ti Dei non obtemperatur. Quid hoc? ecquæ illa Lib. I. Epist. 3
Dei indignatio: vt ob Sacerdotum contem- Sacerdotū
ptum, Sacerdotalis dignitatis neglectum, hære- contēptus
ses & tetra schismata subnascantur, Ecclesiæ- causa schis-
que bellum indicant. matum &

Isaias Propheta corruptionis Israëlis va- hærescon,
riorumque scelerum, quæ in Iudea exundabant
rationem reddens, hanc inter ceteras assignat,
quōd Sacerdotibus honor debitus exularet, Item cala-
quōd Sacerdotij dignitas vilesceret, quōd Sa- mitatum
cerdos & popularis, præsul sacrorum & artifex quæ hodie
codem omnino modo vitam instituerent, Si- in mundo,
ut populus, sic Sacerdos. Equidein cum Pro- Isa. 24.
pheta sentio, mihiique persuadeo omnes pene
hodie in mundo regnant calamitates, & disso-
lutiones quæ in omni statu reperiuntur, aliun-
de non proficiunt, quām quōd Sacerdotes debi-
to honore frustrentur, sancti ac religiosi
negligantur, Ecclesiæque respectus interci-
derit.

Balthasar Babyloniorum Princeps, quōd sa- Qui Sacer-
cra Salomonici templi vasa profanasset, & re- dotes con-
uerentiam sacris debitam neglexisset, ita Deum teninunt
offendit, vt in sacrilegij pñam, regnum simul similes re-
& vitam amiserit, Eadem nocte imperfectus est gi Balta-
Balthasar rex Chaldaeus. Terribile profecto ex- laro sacra
emplum, quod significat, maiori & seueriori vasa profa-
illos punitione dignos esse, qui personas sacras nanti.

profanant, sacros Sacerdotes vilipendunt, nea maiorem eorum quam vulgarium hominum rationem habent. Diuina igitur cogitent iudicia, sibiique ob oculos ponant, si barbarus ille tam horribile flagellum promeritus sit, quod sacra templi vasa profanauerit, maiora haud dubiè grauioraque illos promereret, qui pios Sacerdotes negligunt ac conculcant, qui tamen sacra vasa sunt, lampades, ministriique Ecclesiæ.

Morte plectit eos
Deus qui Sacerdotibus immo-
rigeri sunt.
Dent. 7.

Ita verò pro Sacerdotum suorum honore Deus zelatur, morte ut affecerit eos, qui eorum præcepta neglexerint, obedientiamq; debitam denegarint, *Quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat Sacerdotem, moriatur homo ille.* Originaliter & graue supplicium! at promeritum tamen, quod Sacerdoti obedientia præstata non sit.

Chore cū socijs punitus,
quod Sacerdotem absorpti sunt, & viui cum tabernaculis ad insperuerit. feros transmissi, dignam sacrilego ausu per. *Num. 16. 5.* nam hoc modo persoluentes: *Cūm aduersus Aaron Sacerdotem tres de ministris Chore, Dathan & Abiron ausi sunt superbi esse, & Sacerdoti præposito se ad aquare, hiatu terræ absorpti ac desorati, penas statim sacrilega audaciae persoluerunt.* Ita Deus iuste ac merito punit eos, qui Ecclesiam contemnunt, DEI ministros vilipendunt, & Sacerdotibus honorem non deferunt.

Sacerdotū virtua re-
genda. Quin imo ita Sacerdotes Iesu Christi honorandi sunt, ut & imperfectiones defectusque si quo-

DE SACERD. DIGNIT. CAP. VI. 55

si quos habent, tegendi sint. Vnde dixisse legitur Imperator magnus Constantinus, se, si quem Sacerdotem peccantem vidisset, pallio cum coperturum, vitiumque obteaturum. O vere dignum imperio Principem! Sciebat scilicet quem Sacerdotes honorem promererentur, sci-
Nic. Papa
dist. 96 c.
eod.

ebat quis Ecclesiae deberetur honos.
Inter omnes Noë filios, solus ille maledictionem paternam audiro meruit, qui paterna verenda detexerat; nam mox ut Noë euigilauit, & vini fumos digestus, filio maledixit, quæ maledictio & in omnes eius posteros pertransiit, dicens, *Maledictus puer Chanaam*. Evidens argumentum, illos inter Dei filios ab eo maledici, qui Sacerdotum, qui patres spirituales sunt nuditatem & peccata detegunt, qui vbi à somno patientiæ euigilauerit, æternis in altero sæculo in omne ævum tormentis punientur.

Si de Domini Sacerdotibus, qui verè Patres. Nic. Papa
sunt, aliquid contigerit vos audire, quod con- dist. 96 c.
fusionem p̄j̄s mentibus ingerat, non infruuntum, eod.
sed pudor atos filios Noë imitantes, paternam ve-
recundiam contegatis, vt ita benedictionem pro-
mereamini. Porro is laudem meretur, deque Ec- Qui Sacer-
clesiae honore sollicitus est, qui caret auribus, dotis vitia
quibus calumnias & detractionem de Sacerdo- tegunt, si-
tibus prolatam percipiat. miles filii
Noë.

Quicumque calumniatur & detrahit Sacerdotibus, peccat procul dubio grauius, quam si re- Maior in-
gibus & Principibus malediceret: quanto enim iuria est Sa-
cerdotium regno est excellentius, cum regen- cerdoti illi-
darum animarum officio præsit, tanto grauiori regibus.
Supplicio punitur, qui aduersus id aliquid temere Clem. Conf.
gessit, quam qui aduersus regnum. Quisquis enim Apost. l. 6.

regem cædit, læsæ maiestatis crimen incurrit; at Sacerdotem qui offendit, grauioris haud dubiè criminis reus est,

Exod. 19. Bestiam quæ montem tetigisset, interea dum Sacerdotes Deus legem dans cū Mose colloqueretur, morte velut mons mori præceperat Deus, Bestia qui tetigerit montem morte moriatur. Mysterium denotabat eos, qui bestiarum instar ac nimis indiscreti, tūm facto tum verbo Sacerdotis, qui in Ecclesia velut mons est, & à quo lex dependet, honorem offendunt aut violent, morte dignissimos esse, morte inquam sempiterna,

Lib. 12. Epist. 31. ad Felicem.

Sacerdotes Christi legati.

Sacerdotes Angeli Dei. Serm. de S. cōmunione.

Vnde Magnus Gregorius infert à simili, si David regum iustissimus in Saul, quem constabat iam à Deo reprobatum & abiectum esse, manum mittere non præsumpsit, ob hoc tantum, quod à Prophetā iustū Dei vñctus esset, quanto magis cauendū est, ne manū detractionis, indiscretionis, vituperationis aut calumnia in Sacerdotes, qui sunt vñcti Domini, mittamus, quorum vituperium in honoratio[n]e & quidquid honorem obscurat aut denigrat, re. Etia in Christum Iesum fertur, cuius legati sunt, cuiusque vicem in Ecclesia supplent? denique Sacerdoti maledicere, illius mores fugillare, vietam traducere, defectus notare aut honorem illi denegare, graue crimen est, audaxque facinus & merum sacrilegium.

Rogo vos neminem, inquit Anastasius Sinaita, iudicate, præcipue autē Domini Sacerdotē, sed vna fide, pura conscientia, & efficaci penitentia ad mysteria Dei accedite, atque ita sanctificabitimini; enim Dei Angelus seu nuntius qui offert incruentum sacrificium. Si igitur sanctis Angelis honorem debemus, similem haud dubiè boni Sacer-

Sacerdotibus (inferre hic sanctus vult) debe-
mus.

Non oportet, vt duo magni viri scriptis Deus iudi-
prodidere, Sacerdotes iustè vel iniustè iudicare, cabit illos
vel eos examinare; si quis vero eò temeritatis qui Sacer-
procedat, à Deo certissimè iudicabitur tam in
hoc sèculo quàm in altero; & quicunque Sacer-
dotes contemnere cæperit, in eaque re vterius
pergit, Deum negligere & contemnere incipit
cuius ipsi ministri sunt. Tantùm scilicet sacris il-
lis ministris reuerentiam debemus, vt ne acti-
ones quidem eorum aut vitam diiudicare lice-
at. Qui verò hæc attentare & inquirere præ-
sumserit, iudicem haud dubiò Deum sentiet.

*Abfit, ait Auterus Papa in Epistola, vt quid-
quam sinistrū de ijs arbitremur qui Apostolico gra-
dui succedentes, Christi corpus sacro ore consciunt; non oportet
quorum industria facti sumus Christiani, quiq; cla-
tēt.
ues regni calorum habentes ante diem iudicij quo-
dammodo iudicant. Videte igitur Christiani, quis II. q. 3. c. eod.
honor debeatur Sacerdotibus, cum ne malum Hier. epist. I.
quid de eorum sit vita cogitandum?*

*De Sacer-
dote mala
cogitare
non oportet.
ad Heliodor.*

Vita illius, scribit S. Hieronymus, laudanda est, Epist. IO. ad
qui venerationi habet Sacerdotes Christi, & non de-
trahit gradui, per quem factus est Christianus. Econtra Furian.
Laudādus tra verò dignus ille infamia & vituperio, ordi-
nem sacrum qui contempserit, sacerdotalemq; qui non
dignitatem spreuerit.

Decreuit Euaristus Papa, ne quis Sacerdotes
aut Episcopos accusans audiatur in iudicio, nisi
prius intentio eorum & vita esset examinata,
si qui sunt vituperatores aut accusatores Episcopo-
rum vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos à
iudicibus Ecclesiae audiri. O sanctum statutum, o
decretum laudabile! quod si hodierna die in vsu

D 5 esset,

*Sacerdote
nefas ac-
cusare.
2. q. 7. c. eod*

eset, non tantum ministrorum Iesu Christi, Ecclesiæque officialium contemptum experiremur.

Excom-
munican-
tur qui fal-
sò sacer-
dotes accu-
fiant.

Concil. Brac.
2.2. q. 5. c.
placuit.

Si ipsi in
mortis ar-
ticulo sa-
cra com-
munione
ponantur.
2. qu. 3. c. si
quis Epico-
pum. Buc-
chard. lib. 2.
¶ 193.

Excommunicat Conciliū Bracharense illos, qui Ecclesiasticis detrahendo, eorumque continentiam sugillando, testibus quæ dicunt, probare nequeunt, nec aliquam accusationis veritatis speciem afferre, si quis, inquit, aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetierit, &c. quod si non potuerit datis testimonijs approbare id quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiet. Sacerdotes igitur & clericos vilipendere, temerè eosdem deferre, eorumque vitam accusare, excommunicationi subiectus est, & censuram meretur Ecclesiasticam.

Quin & longè se zelantiorem in honore Sacerdotum promouendo ostendit Papa Damasus, vetat enim sacram communionem porrigijs, qui falsa accusatione clericorum nomen detulerint, ne probare crimen, quod excogitarunt, potuerint. Si quis, inquit, presbyterum falsi criminibus appetierit, & probare non potuerit, nisi in fine dandā ei communionem censemus. Estote igitur Christiani in Sacerdotibus honorandis diligentiores, maiorem ijs honorem exhibete, & bonorum Sacerdotum diligentiore rationem habete: qui enim eos reueretur & colit, Deum reueretur: qui verd contemnit ac negligit, maiestatem contemnit diuinam.

CAP.